Fragmentarium

[ut pla]ceat tibi. quo(niam) non est
confusio confidentib(us) in te. Et
nunc sequimur in toto corde
et timemus te et quaerimus faci
em tuam n(e) confundas nos. Sed
fac nobiscum secundu(m) mansuetu
dine(m) tua(m). Et secundu(m) multitu
dine(m) misericordiae tuae. et erue
nos in mirabilibus tuis. Et da
gloriam nomini tuo d(omi)ne. et confun
dantur om(ne)s qui ostendunt ser
uis tuis mala. Confundantur
in omni potentia et robur eorum
conteratur. et sciant [...] quia
tu d(omi)ne d(eu)s solus et glo[...]riosus
sup(er) orbem terrarum. Et non
cessabant qui miserant eos mi
nistri regis succendere fornace(m)
naptha et stuppa et pice et malle
olis et effundebatur flamma sup(er)
fornace(m) cubitis xl viiii. Et eru
pit et incendit quos repperit iux
ta fornace(m) de chaldeis. Angelus
au(tem) d(omi)ni descendit cu(m) azaria et sociis e(ius)
in fornace(m) et excussit flammam
ignis de fornace. Et fecit me
diu(m) fornacis quasi uentu(m) roris
flantem et non tetigit eos omni
no ignis neq(ue) contristauit nec q(ui)d
quam molestiae intulit. Tunc
hi tres quasi ex uno ore laudabant
et glorificabant et benedicebant
d(eu)m in fornace dicentes [...]
[...]

Clm 29157

Benedictus es d(omi)ne d(eu)s patrum
nostrorum et [lau]dabilis et super
exaltatus in saecula. Et benedictum
nom(en) gloriae tuae s(an)c(tu)m et laudabi
le et sup(er)exaltatu(m) in omnib(us) saeculis.
Benedictus es in templo s(an)c(t)o gloriae tuae
et sup(er)laudabilis et sup(er)gloriosus in sae
cula. Benedictus es in throno reg
ni tui et sup(er)laudabilis et sup(er)glori
osus in saecula. Benedictus es qui intu
eris abyssos et sedes sup(er) cherubin et
laudabilis et su[per]exalta[tus] in saecula.
Benedictus es in firmamento caeli et
laudabilis et gloriosus in saecula.

Benedicite omnia opera d(omi)ni d(omi)n(u)m
laudate et superexaltate. Benedicite angeli
d(omi)ni d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate.
Benedicite caeli d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate in saecula.
Benedicite aquae om(ne)s quae sup(er) caelos sunt d(omi)n(u)m laudate sup(er)
Benedicite om(ne)s uirtutes d(omi)ni d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate.
Benedicite sol et luna d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate eum
Benedicite stellae caeli d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate eu(m) in saecula.
Benedicite imber et ros d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate eu(m) in saecula.
Benedicite om(ne)s sp(iritu)s d(omi)n(u)m laudate super exaltate eum
Benedicite ignis et aestus d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate eum
Benedicite frigus et aestus d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate.
Benedicite ros et pruina d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate.
Benedicite gelu et frigus d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate.
Benedicite glacies et niues d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate
Benedicite noctes et dies d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate
Benedicite lux et tenebrae d(omi)n(u)m laudate et sup(er)exaltate.
Benedicite fulgora et nubes d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate.
Benedicat terra d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate.
Benedicite montes et colles d(omi)n(u)m laudate sup(er)exaltate.

BAYERISCHE STAATSBIBLIOTHEK MÜNCHEN

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 14r – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73691)